



Proœmium.



Ul post captivitatem Babylonicam,
 positis primis Templi secundi fundamen-
 tis, Sacerdotes, Levitæ & Seniores, pre-
 tiosum destructi Templi Salomonæi ædi-
 ficium in memoriam sibi revocantes ma-
 gna voce flevisse leguntur, (a) justam e-
 quidem tum temporis doloris sui habue-
 re causam; Quandoquidem ex tenuibus
 admodum principiis illis facile poterant colligere, nunquam
 præsentis Templi tum ædificandi gloriam in illud fastigium ex-
 surrecturam, ut priori Templo possit æquari: Verum, si ex tu-
 mulis suis illi jam resurgerent, miserrimumque, in quo hodie
 posteriorum [si modo legitimi illi sunt] vivunt, statum intue-
 rentur, eò plures certe lachrymandi causas haberent, quo ma-
 jorem pristinae fortunæ mutationem essent cognituri. Viderent
 enim gentem illam, quam olim à DEO in peculium electam,
 & maximis tam spiritualibus quam corporalibus beneficiis or-
 natam noverant, jam à DEO relictam, pristinaque felicitate
 privatam omnibus aliis gentibus abjectiorem, plurimis abo-
 minabilem esse; Experirentur eam, quæ olim ob optime in-
 structam Politiam, Urbem Hieros., Templum, aliaq; ornamen-
 ta per totum orbem inclaruerat, nunc extinctâ Politiâ, Patria &
 Urbe ejectam, Templo sacrisque spoliata, confusis tribubus,
 absque ullo Propheta & Prophetia, per 15. jam secula, & quod
 excurrit, aliorum sub dominio degere, iramque DEI in se gra-
 vissimam, publicæ spectandam omnibus proponere. Quo quid
 dici potest gravius, aut ploratu dignus? Et certe non corpo-
 ralia tantum sunt, quibus Judæi premuntur, mala; sed & spiri-
 tualia: A deo palpabili enim in spiritualibus cæcitate sunt per-
 cussi.

Est, III. 12.
 13.
 1. IX. 20.
 .AT. II. 11.
 .XI. 107.
 .2. 1. 1. 1.
 .10. 1. 1. 1.
 .11. 1. 1. 1.
 .12. 1. 1. 1.
 .13. 1. 1. 1.
 .14. 1. 1. 1.
 .15. 1. 1. 1.
 .16. 1. 1. 1.
 .17. 1. 1. 1.
 .18. 1. 1. 1.
 .19. 1. 1. 1.
 .20. 1. 1. 1.

1881

A

cussi